

δακτυλικὸς στίχος / dactylicus versus

ENSTATH. in [Hom.] *Il.* XIV 265 sq. (III, p. 636. 8 sqq. Valk) ἰστέον γὰρ ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς πᾶν μέτρον εἰς τελείαν περαιούται λέξιν. τὰ δὲ μὴ ἔχοντα οὕτω, ἀλλὰ μέρος μὲν τι τῆς τελευταίας λέξεως τῷ πρώτῳ στίχῳ ἀφιέντα, τὸ δὲ λοιπὸν τῷ ἐπαγομένῳ στίχῳ μερίζοντα, ἐπιλήψιμά εἰσιν. ὅπερ φασὶ ποιῆσαι τὸν Σιμωνίδην ἐν ἐπιγράμματι ἔχοντι οὕτω· (*epigr.* I [EG 8]. 1 sq. Page)

ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ' ἠνίκ' Ἀριστο-
γείτων Ἰππαρχον κτεῖνε καὶ Ἀρμόδιον.

ἐνταῦθα γὰρ ὁ μὲν πρῶτος στίχος, δακτυλικὸς ὢν, ἦτοι ἠρωικός, καταλήγει εἰς τὸ Ἄριστο', ὁ δὲ δεῦτερος, ἔλεγείος ὢν, ἀπὸ τοῦ 'γειτων' ἄρχεται.

ENSTATH. in [Hom.] *Il.* XVI 857 (III, p. 942. 22 sqq. Valk) νῦν δὲ τοσοῦτον ἰστέον ὡς ἡ ἀνδροτῆς ἀμφίμακρος οὔσα οὐκ ἂν ποτε ἀπαθῆ στίχον δακτυλικὸν εἶναι ἀφήσει, ὅπου παρεμπέση.

SCHOL. VET. in [Hom.] *Il.* XII 381b (p. 372. 52 sq. Erbse) ἔστι δὲ ὁ στίχος ὅλος δακτυλικός.

SCHOL. in Aristoph. *av.* 1058d. 2 sqq. (p. 163 Holwerda) Tr ἔστι γοῦν ἡ στροφή καὶ ὦδὴ κώλων καὶ στίχων δακτυλικῶν καὶ παιωνικῶν ἰδ'.

SCHOL. in Aristoph. *eq.* 197b (p. 51. 8 Jones-Wilson) Tr δακτυλικοὶ στίχοι ε'.

SCHOL. in Aristoph. *eq.* 997b (p. 225. 9 Jones-Wilson) Tr οἱ δὲ στίχοι ἰαμβικοὶ καὶ δακτυλικοὶ ρς'.

SCHOL. in Aristoph. *eq.* 1030b (p. 229. 10 sq. Jones-Wilson) Tr οἱ ἐξῆς οὔτοι στίχοι δακτυλικοὶ εἰσιν ὅμοιοι τοῖς εἰρημένοις ε'' ἐπὶ τῷ τέλει παράγραφος.

SCHOL. in Aristoph. *eq.* 1051a (p. 232. 19 sq. Jones-Wilson) Tr οἱ ἐξῆς οὔτοι στίχοι δακτυλικοὶ εἰσιν ὅμοιοι τοῖς εἰρημένοις ι' ἐπὶ τῷ τέλει παράγραφος.

SCHOL. in Aristoph. *eq.* 1067b (p. 235. 6 sq. Jones-Wilson) Tr οἱ ἐξῆς οὔτοι στίχοι δακτυλικοὶ εἰσιν ὅμοιοι τοῖς εἰρημένοις γ' ἐπὶ τῷ τέλει παράγραφος.

SCHOL. REC. in Aristoph. *nub.* 1154b. 16 sqq. (p. 163 Koster) Tr² δέχονται δὲ τὰς κοινὰς ταύτας συλλαβὰς οἱ ἰαμβογράφοι ποιηταὶ ἐν μόνοις δακτυλικοῖς καὶ ἀναπαιστικοῖς στίχοις, ἐν ἰαμβικοῖς δὲ οὐδαμῶς.

TER. MAVR. GL VI 378. 1789 sqq.

spondei duo sunt, quos dixi commate primo
posse dari: verum syllaba quae sequitur
nec penthemimerin verbi cum fine relinquit,
quae data pentametris regula prima sonis,
nec post dactylico debet quae commate iungi
esse caput versus dactylici patitur.

TER. MAVR. GL VI 380. 1849 sqq.

hexametrum quotiens ita totum dactylus explet,
ut nusquam in medio, sed sit spondeus in imo,
sive trochaeus erit, cum dempta est syllaba prima,
quae demi poterit, reliqui fient anapaesti,
ultimaque ex illis catalectica, quae remanebit.
dactylico tali facile est hoc noscere versu:



(cf. Verg. *Aen.* IX 503)

‘at tuba terribilem sonitum procul aere recurvo.
at coniunctio quae solida est, cum demitur inde,
ea formula fiet, ut est anapaesticus iste,
‘tuba terribilem sonitum procul aere recurvo’
ultima ‘vo’ remanet, quia dempta est syllaba prima,
dactylon in primo reddens, spondeon in imo.

TER. MAVR. GL VI 382. 1908 sqq.

anapaestus item quater editus hexametro
ita clauditur, ut choriambicus, antibaccho.
faciet tibi perspicuum cito versus idem
dactylicus, modo qui potuit dare quinque anapaestos:

(cf. Verg. *Aen.* IX 503)

‘at tuba terribilem sonitum dedit aere recurvo,
<tuba terribilem sonitum dedit aere curvo:’>
anapaestus inest quater, ultimus antibacchus.
similem dabo versiculum, magis ut probetur:

(Caes. *Bass. lyr.* 3 [FPL 317] Blänsdorf)

‘tibi nascitur omne pecus, tibi crescit haedus’
prima reponatur, redeat quoque tertia fini:
dactylicus tibi, qui fuerat modo, iam referetur:
‘nam tibi nascitur omne pecus, tibi crescit et haedus’
generi datur auctor huic vetus Archebulus.
dactylici finem versus si cludat iambus,
hoc est pro longa brevis ut paenultima fiat,
auribus acciderit novitas inopina meleos;
versus ut hic resonare potest, ita si cecineris:

(cf. Verg. *buc.* 10. 77)

‘ite domum saturae, venit Hesperus, ite saturae,
‘Nile pater propera, sitiunt sata, Nile propera’,
‘heus puer, ut mea sint tibi vilia carmina, vides’.

APTHON. GL VI 76. 22 sqq. scio quaesitum, cur dactylicum singulis pedibus, anapaesticum per syzygiam scandatur, cum inter se omnifariam congruant. persuasum est nullum metrum hexametro posse esse maius; igitur cum anapaesticus versus et septem et octo pedum reperitur, placuisse maioribus eum per syzygias caedi, non alias quam si dactylicus supergrederetur hexametrum, utique per syzygias scanderetur.

APTHON. GL VI 124. 8 sqq. accedit his (*scil.* anapaestici metri generibus ab heroo derivatis) etiam illa anapaesticorum species de fonte dactylici versus veniens apta admodum comicis, quae aristophanios nuncupata est, non quia conditor eius Aristophanes fuit (nam et Aeschylus et Cratinus, priscae comoediae scriptor, ea usi sunt), sed quia plurimus in hoc metro Aristophanes invenitur. cuius species duplex, paeonica et anapaestica.



ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 127. 3 sqq. [de metro choriambico quod ex pentametro heroo manat]. nec minus choriambicum, quod et phalaecium, e pentametro heroo derivatur. nam duobus dactylici versus colis, id est duobus hemistichiis, nectitur, tamquam: (Tib. I 1. 4)

dum meus assiduo luceat igne focus,

item: (Ter. Maur. GL VI 381. 1864)

nulla meo sedeat turba profana loco.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 128. 23 sqq. tetrametrus quoque (*scil.* ionicus) catalecticus similiter originem ab heroo hexametro trahit. nam quod residuum est dactylico versui post divisionem eam, quam hephthemimeren diximus, tamquam: (Verg. *Aen.* I 1) 'arma virumque cano Troiae', superest: 'qui primus ab oris'; item: (Verg. *Aen.* II 2) 'inde toro pater Aeneas', dehinc 'sic orsus ab alto'; id si geminaveris et pariambum medium inserueris versui, ionicum ἀπὸ μείζονος tetrametrum brachycatalectum figurabis, ut puta sit medius pariambus <'ego'>. ergo geminata cola heroi versus metrum ex se tale procreabunt, ut:

qui primus ab oris <ego qui primus ab oris>.

item sit medium 'puto' fiet, versus:

dum conderet urbem <puto dum conderet urbem>.

ergo pariambus in media sede duorum hemistichiorum positus duo cola nectit facitque ut inter se congruant, quae sine metro antea dissidebant.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 141. 18 sqq. rursus per incisionem singulorum atque coniunctionem pleraque metrorum genera commentus est (*scil.* Archilochus). namque iambico trimetro detracta parte tertia, id est dipodia, dimetrum iambicum edidit sic: (Hor. *epod.* 2. 1)

beatus ille qui procul negotiis,

dehinc: (Hor. *epod.* 2. 2)

ut prisca gens mortalium.

similiter a dactylico eadem parte dempta, id est duobus retractis pedibus, tetrametrum de hexametro versum protulit, ut: (Verg. *buc.* 5. 72)

cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon,

dehinc:

Damoetas et Lyctius Aegon.

ΔΙΟΜ. GL I 529. 5 sqq. tertia decima ode metrum habet quod aequae (*scil.* ac undecima) ab Horatio compositum dicitur et per binos versus scanditur, ex quibus unus hexameter heroicus est: (*epod.* 13. 1)

horrida, tempestas caelum contraxit et, imbres;

alter ex dactylico et iambico componitur. nam quattuor pedes iampos habet vel duos, si compositos malueris ponere, et duos dactylos et semipedem. scanditur autem sic: (*epod.* 13. 2)

nives,que de,ducunt, Iovem, nunc mare, nunc silu,ae.

[PROB.] GL IV 263. 28 sqq. synaliphe est, cum inter duo verba in concursu duarum vocalium nulla intercedente consonante unius fit vocalis elisio, ut: (Verg. *Aen.* IX 1)

atque ea diversa penitus.



fiunt autem synaliphae his modis: interdum enim brevis in brevem cadit: (Verg. *Aen.* II 332)

obsedere alii telis angusta viarum;

interdum brevis in longam, ut: (Verg. *georg.* IV 467)

Taenarias etiam fauces alta ostia Ditis;

interdum longa in brevem, ut: (Verg. *Aen.* II 497)

oppositasque evicit gurgite moles;

interdum diphthongus in simplicem longam, ut: (Verg. *Aen.* X 263)

Dardanidae e muris;

aliquando brevis in diphthongum, ut: (Verg. *Aen.* III 496)

arva neque Ausoniae semper;

interdum diphthongus in diphthongum. operae pretium est scire dactylicum versus synaliphas ubique posse recipere. interdum sane vocales inter se concurrentes synalipham fieri vetant, et, si versus impleri nequiverit, nulla eliditur, ut: (Verg. *buc.* 3. 6)

et suscus pecori et lac subducitur agnis.

AVSON. *epist.* 4. 35 sqq. (p. 196 Green)

ad quae (*scil.* otia ruris) si properas, tota cum merce tuarum
veni camenarum citus.

dactylicos, elegos, choriambum carmen, epodos,

socci et coturni musicam

carpentis impone tuis: nam tota supellex

vatum priorum chartea est.

nobiscum invenies κατ' ἐναντία, si libet uti

non Poena, sed graeca fide.

SERV. in Verg. *georg.* II 69 (I, p. 224. 16 sq. Thilo) fetu nucis arbutus horrida] versus dactylicus: nam male quidam 'horrens' legunt.

SERV. in Verg. *georg.* III 449 (I, p. 311. 12 sq. Thilo) vivaque sulphura] dactylicus versus, [quod in fine dactylum habeat].

SERV. GL IV 461. 24 sq. ibycium constat heptametro hypercatalecto, ut est hoc: versiculos tibi dactylicos cecini, puer optime, quos facias.

PRISC. GL III 459. 3 sqq. (Verg. *Aen.* I 1)

arma virumque cano Troiae qui primus ab oris.

versus genere uniformis, specie dactylicus, compositione simplex, nec similis pedibus, depositione terminalis in disyllabum, qui dividitur in caesuras per cola quidem in novem, per commata vero in duas, semiquinariam et semiseptenariam, per pedes in quinque ... quid est specie dactylicus? quia legitimos pedes dactylos accipit et spondeos, qui in dactylos resolvuntur ratione temporum.

AVDAX GL VII 337. 6 ~[VICTORIN.] GL VI 209. 15 sqq. hexametri versus genera quot sunt? tria. quae sunt? hexameter dactylicus, <hexameter dactylicus> heroicus, hexameter iambicus, qui et senarius, qui constat ex simplicibus sex, idemque ex duplicibus trimeter. quid ergo, si versus hexameter sex spondeis constiterit, poterit dactylicus dici? erit quidem versus spondiazon, sed metrum dactylicum, quippe eius modi compositio non nisi in dactylicum metrum cadit.



BEDA 113. 23 sqq. optima autem versus dactylici ac pulcherrima compositio est, cum primis paenultima ac mediis respondent extrema, qua Sedulius frequenter uti consuevit, ut: (*carm. pasch.* I 136)

pervia divisi patuerunt caerula ponti;

et: (*carm. pasch.* I 140)

sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas;

et: (*carm. pasch.* I 162)

edidit humanas animal pecuale loquelas;

item in pentametro: (*carm. pasch.* I 2)

dignatus nostris accubitare toris;

et: (*carm. pasch.* I 16)

rubra quod adpositum testa ministrat olus.

nec tamen hoc continuatim agendum, verum post aliquot interpositos versus. si enim semper uno modo pedes ordinabis et versus, tametsi optimus sit, statum statim vilescit.

BEDA 127. 16 sqq. sic cum de apibus loquens alvearia nominare vellet (*scil. Vergilius*), necessitate posuit antibacchium in versu dactylico: (*georg.* IV 34)

seu lento fuerint alvearia vimine texta;

et Paulinus: (*carm.* 27. 637)

qui simul huc sancta pro religione coistis;

‘re’ contra naturam pro longa posuit, quia non aliter hoc nomen versus hexameter recipere valebat.

ANON. *expos.* in *Verg. georg.* II 69 (III 2, p. 288. 3 sq. Hagen) inseritur vero et rel] versus dactylicus: nam et male quidam ‘horrens’ et sic in Corneliani.

ANON. GL VI 274. 10 sqq. de versu. versus est pedum certa mensura. genera versuum sunt novem. princeps genus versuum heroicum, quod et epos dicitur et dactylicon; alterum, quod iambicon dicunt, unde graecos versus trimetros nos senarios dicimus; tertium, quod trochaicon appellatur; quartum, quod anapaesticon dicitur, aptum choris et tragicae dignitati; quintum, quod antispasticon dicunt, unde plures meli componuntur; sextum contrarium, quod choriambicon nominant; septimum ionicum ἀπὸ μείζονος aptum sotadicis versificationibus et mollibus versibus; octavum, quod ionicum ἀπ’ ἐλάσσονος dicitur, et hoc ad rhythmum tibicinum convenit; nonum, quod paenicon appellatur.

FRAGM. SANGALL. GL VI 637. 30 sqq. saepe quinque dactyli et unus spondius faciunt versum, ut est hic versus, qui dactylicus dicitur: (*Verg. Aen.* IX 503)

at tuba terribilem sonitum procul aere canoro.

[S.D.B.]